

Patente di autenticità delle reliquie donate a Vincenzo Gonzaga dal priore e dai frati del Convento dell'Ordine degli Eremitani di Sant'Agostino in Aquisgrana

Aquisgrana, 1608 agosto 24

Trascrizione

Nos prior et fratres ordinis Heremitarum Sancti Augustini conventus in regia urbe Aquisgranensii, visuris lecturis seu legi auditoris, salutem et omne bonum. Cum fideli testimonio reverendi domini Gauconis Gaukema Frisii insignis ecclesiae Beatae Mariae Virginis ibidem canonici nobis innotuisset quanto ardore ac desiderio serenissimus Vincentius Mantuae dux, modo praesens, insacrosanctas Dei sanctorumque reliquias feratur; quantoque in honore dicatis propriis templis et altaribus easdem prosumma sui multorumque Christi fidelium consolatione habeat, orbique venerandas exponat; nos, matura deliberatione praemissa, ut pio huic pientissimi principis desiderio pro virili subveniremus; e reliquiis nostris has particulas devote servituti suae obtulimus atque donavimus. Nimirum de panniculo quem Beata Virgo Maria in suis manibus gestare solebat, quando post Ascensionem Christi visitaverat loca passionis eiusdem filii sui benedicti, deplorando passionem eius: cum quo panniculo solebat abstergere lachrimas faciei suae benedictae. Et delatus est a transmarinis partibus per famosum ac strenuum militem dominum Hermannum de Randenroid: et per procuracionem venerabilis lectoris Arnoldi de Wailhorn pervenit ad manus conventus nostri. Et idem panniculus estundique filo coccineo circumdatus. Item de linteo, quo sanctus Laurentius de craticula assumptus involutus fuit. Item de alio panniculo madefacto in oleo sanctae Catharinae de monte Sina. Postremo de loco lithostrotos ubi Christus coram Pilato stetit, et mortis accepit sententiam. In cuius rei fidem antedicti conventus nostri sigillum his apposuimus: ad maiorem gloriam onnipotentis Dei, sanctorum exaltationem, earumque sanctarum reliquiarum cultus dilatationem. Aquisgrani, vigesima quarta die augusti. Anno millesimo sexcentesimo octavo. Ita est frater Cornelius Fabri, prior.